



Samelbd.

0/0

die,

DE
HOMERILOCO

ILIAD. LIB. IV. v. 231 - 309

DISSERTATIO

QVA
AD ORATIONES X.
IN SCHOLA TORGAVIENSI

D. XI. ET D. XIV. APRILIS A. CIDIÖCCLXXXVI.

AVDIENDAS
PATRONOS ET FAVTORES

INVITAT
M. TRAVGOTT FRIDERICVS BENEDICT
LYCEI RECTOR

LIPSIÆ
EX OFFICINA SOMMERI.

1786

HOMERUS

IN SCHOLA

PATRONUS



Quam HOMERVS enarrationem in libro *Iliadis* quarto dedit de foedere a Troianis violato, artificiosa quoque imitatione in ultimo *Aeneidis* libro celebrauit VIRGILIUS: vbi eadem perfidia Rutuli foedus cum Aenea initum rumpunt, cum tamen Aeneas et Turnus inter se decertare debuissent. *Homerus* quidem, si quis elegantissima vtriusque poetae carmina comparare velit, in eo naturam rerum accuratius expressisse videtur, quod post pugnam demum, cum Paris a Menelao prostratus atque fugatus esset, ideoque Troiani se victos fateri deberent, foederis violati mentionem iniecit, Pandarum autem dixit diuinitus admonitum contra Menelaum sollicitari. In Virgilio contra ante pugnam oriuntur turbae, cumque Aeneas vulneratur, nesciunt huius facinoris auctorem. In Homero Menelaus, cuius causa bellum intulerunt Graeci, ad pugnam eligitur, eodem modo apud Virgilium Aeneas. Sed in eo videtur *Homerus* naturam propius accedere, quod Menelao vulnerato adhuc dux belli superest: cum interea in Virgilio omnia turbantur, Aeneas vulnerato, qui iam propere, miraculi ope, curandus et sanandus est, vt denuo dux belli in proelium redeat. Ratio tamen, quae redditur ab huius poetae interpretibus, non est negligenda; Virgilium quidem proelio iusto iam descripto tumultuariam quoque pugnam canere voluisse. Vid. ILLVST. HEXNIVS ad Virgil. Aen. XII, 277. Denique in Homero iam sequitur simplicior Agamemnonis ad pugnam adhortatio: Aeneas contra sanatus multos iterum trucidat et ad urbem Latinorum oppugandam simili
A 2
qui-

quidem sed magis artificiosa oratione, qua Deorum spondet auxilium, sollicitat. Verba Homeri, quae quidem latine verti, ita leguntur:

v. 231 - 239. Αὐτὰρ ὁ πῆξος ἔων ἐπεπωλείτο σιχῆας ἀνδρῶν.
 Καὶ εἴ μιν σπευδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπόλων,
 Τὰς μάλα θαρσυνεστῆς παριζαμένος ἐπέεσσιν·
 Ἀργεῖοι, μῆπω τι μεθίετε θυρίδος ἀλκῆς·
 Οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσει ἀρωγός·
 Ἄλλ' οἷσπερ πρότεροι ὑπερ ὄρνια δήλησαντο,
 Τῶν ἥτοι αὐτῶν τερενα χροα γυπὲς εἶονται.
 Ἥμεις δ' αὐτ' ἀλοχῆς τε Φίλας, καὶ νηπία τεύηα
 Ἄζομεν ἐν νηεσσιν, ἐπὶν πτολιθῆρον ἐλώμεν.

v. 231 - 239. Iam Rex ingreditur densas pedes ipse cateruas.
 Quos alacres Danaum vidit fera bella ciere,
 Illos accedens dictis incendit amicis:
 O Graii, pugnae geminas intendite vires.
 Non inuait aeternus Pater atra fraude scelestos.
 Qui nostros contra foedus laefere priores,
 Vnguibus illorum carnem discerpat aduncis
 Vultur, et infantes et nuptas aequore vesti
 Praedam ducamus post diruta moenia Troiae.

Si et haec Agamemnonis verba et sequentia inter se comparamus, primum Graecos in vniuersum, siue alacres siue tardos inuenerit, alloquitur, deinde singulos exercitus duces, vt sine mora perfidos hostes laceflant. Verborum autem, quae attulimus, breuitatem non facile quisquam negabit, quae nunc, cum non tam verbis, quam factis opus erat, iustam laudem meretur. Sed propterea inprimis vis maxima iis inest, quod certam Deorum tutelam eosque Troianis iratos esse coram omnibus affirmat; sicut antea doloris plenus idem Menelao soli acclamauerat. v. 158 sq. Neque vlli duces postea eandem militibus suis fiduciam infundere omiserunt, sacrificiis saltem atque auspiciis in auxilium vocatis, si causa non tam iusta, qualis iam erat Agamemnonis, suppeteret. — Virgilius autem Aen. XII, 565. hanc Agamemnonis orationem videtur respexisse; nam ibi quoque ad pugnam alacrem sollicitat Aeneas, foederis violati poenas

poenas minatur, (sicut ILLVST. HEYNIUS v. 573. contra contortam SERVII interpretationem explicat) et Iouis spondet auxilium. Sed iterum iterumque sollicitat ad pugnam Aeneas in eadem oratione v. 565, 566, 573. Agamemnon semel tantum v. 233. Aeneas non tam hostes ipsos, quam urbem ipsorum, quam etiam bis describit v. 567, 572, quasi victis iam hostibus, impugnandam censet; Agamemnon autem hostes ipsos vinci iubet, quibus maiori iure foederis violati culpa inerat et quos inuiso fraudatorum nomine compellat v. 235, 236. Denique Aeneas v. 570 irrisione, odii plena non expectandam sibi Turni pugnam censet, eumque v. 571. iam a se victum sistit: Agamemnon autem perfidiam hostium, quos maiori iure victos appellare potuisset, indignatus vatis instar imminentem illorum calamitatem praedicit, qui auium cibus futuri vxoribus et liberis, capta vrbe, abducendis mox priuarentur. — Mihi igitur vtrumque poetae locum accuratius consideranti Homerus maiorem mereri laudem aut saltem illud QVINCTILIANI *Instit. Orat. Lib. XI, c. I.* praeceptum: *Simpliciora militares decent*, maiori diligentia seruasse videtur.

v. 232 *Δαναων ταχυπαλων* nomen quidem omnes Graecos complectitur, quibus tamen a potiori ipsorum parte, a *Graecorum principibus* nimirum hoc nomen contigit, quos maxime esse curru vestros constat. Ceterum nomen illud adiectum, *solis Graecis* proprium nunquam Troianis tribuitur, neque alia videtur causa subesse, quam quod equorum celeritate, quae tum, sicut pedum celeritas non minima bellicae fortitudinis pars censebatur, Troianos superabant Graeci. Nam poeta ubique *Graecos Troianis fortiores* describit et nomen: *ἵπποδαμοι* Troianis adiectum non plane idem declarare videtur; quamquam eodem modo SCHOLIA MINORA ad Iliad, γ. 131 vocabulum illud, quo alterum *ταχυπαλων* ad nostrum locum, nempe: *ἵππικων, πολεμικων* explicant.

v. 234. *Θερίδος ἀλκης* optime a SCHOL. MIN. redditur: *πολεμικης δυναμεις*, ne bellica virtus vestra vlllo forte modo remittat.

v. 235 aperte praeferenda videtur scriptura *ψευδέσσι*, vt ad Troianos mendaces referatur, quorum nunc apud Graecos mentio

potissimum erat iniicienda. Minor certe vis inest his verbis, si, praesentibus iam Troianis, tantum in genere de mendaciis, quae suo confirmare praesidio nolit Iupiter, intelligamus. Multo minus autem probanda videtur explicatio, ut: *ἐπι ψευδεσσι ἐσσεται ἀγωγος* idem sit, quod *ἔ ψευσεται την βηθειαν*, quia talis loquendi ratio plane non est vlitata, ut auxilio aliquem promisso deslituere, graece reddatur: *ἐπι ψευδεσι εἶναι ἀρωγον*. Denique lectionem: *ψευδεσσι* etiam SCHOL. MIN. commendant, addita explicatione: *ὁ δὲ υἱὸς ἔδε γὰρ ἐπιβηθεισὶ ὁ Ζεὺς τοῖς ψευταῖς*. Ceterum DYPORTVS in *Gnomologia Hom.* pag. 22. quaedam aliorum scriptorum loca laudavit, in quibus foederis violatori Deorum ira indicatur. Sed certe alia multa ex scriptoribus latinis et graecis possent addi, quia bellorum causa plerumque foederis violatio praetendi solet, cuius suos recordari iubebant duces, ut fortiter et cum fiducia certa pugnarent. Plura quoque loca veterum in hanc sententiam attulit DYPORTVS l. l. pag. 38.

v. 236. *ὑπερ ὄρκια δήλησαντο* longe aliud indicat, quam quod alibi legitur: *ὄρκια δήλησασθαι*, foedus istum violare, ut: *Iliad.* γ, 107. Sed aperte respicitur vulnus Menelao inflictum, cum vtriusque factae essent induciae, ut sit: *contra foedus istum violare*. Plinius et prius leguntur haec *Iliad.* δ, 67. ubi Iuno consilium aperit Ioui, Troianos denuo concitandi aduersus Graecos:

— Τρωες ὑπερμυδαντας Ἀχαιοὺς
Ἄρξωσι πρότεροι ὑπερ ὄρκια δήλησασθαι.

Verum optimus sui interpres est alibi poeta, cum preces omnium propter idem foedus factas canit. *Iliad.* γ. 299.

Ἄπποτεροι πρότεροι ὑπερ ὄρκια τημηθειαν.

v. 237. *τῶν ἤτοι αὐτῶν τερενα χροα γυπες εδονται*. h. l. Praefens Tempus positum est pro Futuro, quia sequitur: *ἀξομεν*. Cuius loquendi consuetudinis in vtraque lingua obuia praeter HOOGVENVM ad VIGERVM de *Idiotism. Gr. linguae* pag. 207. edit. ZEVNETIAM PERIZONIVS ad AELIAN. V. H. I, 16. et ad SANCTH *Mineruum* Lib. I, cap. 13. not. 3. multa exempla attulerunt. Quo quidem ultimo

ultimo loco illarum locutionum ratio satis probabilis, auctore Perizonio, redditur, quod Praesentis temporis momentum habetur „pro extremo Praeteriti et primo initio Futuri, ut adeo tempus, quo „actioni futurae iam quasi praeparatur, etiam ipsi futurae actioni „adscribatur.“ Forte facilius rem exprimas, temporis utriusque commutationem tunc imprimis locum habere, si *eventus rei certus aut mox futurus indicatur*: quod etiam huic loco potest accommodari. Sed quia alibi etiam saepe poeta *ἔδονται* in Futuri temporis significatione posuit, ita factum cuidam videatur propter similem Futuri flexionem in verbo: *εἶμι*, ne sensus obscuritas et mala interpretatio oriretur. — *γυψες*: *vultures*, sunt *σαυροφαγοὶ ὄρνιθες*, ut cum Scholiaste loquar, qui et alibi in simili verborem sensu intelligendi sunt, si graece: *ὄλωνι* usurpatur. Vide SCHOLIA MIN, ad Iliad. α, 5. — Ipsi antiquissimi moris etiam VIRGILIUS non immemor fuit. vid. Aen. IX, 485, 486. — Sed *τεγενα χρεα* nolim de corporibus effoeminatis interpretari, quia idem nomen quoque corpori externo Antilochi, ducis Graecorum fortissimi Iliad. ε, 553, et aliis alio loco tribuitur. Si quid amplius coniecere liceat, *Agamemnon* forte his verbis *vulnus Menelai minime letale*, quod extrema tantum cute (*ἀγκοτατον χρεα φωτος* v. 140) erat inflictum, respicit, ut ita eandem cutem Troianorum (*των αυτων τεγενα χρεα*) vulturum aliquando ictibus laesum iri annuncietur. Pergit poeta.

v. 240 - 250. Οὐδυνας αὐ μεθιεντας ἰδοι συνεργε πολεμοιο,
 Τες μαλα νεικειεσκε χολωτοισιν ἐπεσσιν
 Ἄργειοι ἰομωροι, ἐλεγχες, εἰ νυ σεβασθε;
 Τίφθ' ἔπως ἔσητε τεθηποτες, ἦντε νεβροι,
 Αἰ τ' ἐπει ἐν ἐκαμον, πολεις πεδιοιο θεσσαί,
 Ἐρασ', εὐ' ἀρα τις σφι μετα φρεσι γινηται ἀληθ'
 Ὡς ὑμεις ἔσητε τεθηποτες, εἰς μαχασθε.
 Ἡ μενετε Τρωας σχεδον ἐλθεμεν, εἶδα τε νηες
 Εἶρατ' εὐπερμιοι, πολιης ἐπι θινι θαλασσης,
 Ὄφρα ἰδητ', αἰε' ὑμῖν ὑπερσχη χειρα Κρονιων;

v. 240 - 250. Sed nonnullos vidit adhuc a Marte remotos,
 Quos contra grauter dictis obiurgat amaris:
 Heu! pudor, Argivi! vos Teucrum tela trucidant.
 Quid statis attoniti ceu longum praepete cursu
 Emenfi campum trepidant formidine cerui;

Non

Non superant fessis in grandi corpore vires:
 Sic stas attoniti, nec inest generosa cupido
 Belli. Vosne manetis in alti litore Ponti
 Teucrorum pugnam, naues vbi puppibus arent,
 Vt pateat, Iupiter num forte pericla repellat?

v. 242. Argiui appellantur *ισμαροι*, quod contrario modo ab interpretibus quibusdam explicatur. Nam CELSISS. COMES DE STOLBERG in *Interpretatione Germana* et in nostro loco et in alio, vbi idem occurrit Iliad. ζ, 479, ita vertit hanc vocem, vt agendi significatu *sollertis sagittarii* laudem complectatur; neque, quod in toto eius libro animaduertere licet, sine argumentis grauissimis. Nam alia vocabula eodem modo composita, vt: *εγχεσιμωρος* etiam agendi significatum includunt atque adeo SCHOLIA MIN. loco altero ζ, 479. inter alia vertunt: *πολεμικος*, quo vocabulo quoque illud: *εγχεσιμωρος* lib. β, 692. interpretantur, et EVSTATIUS, teste HENR. STEPHANO *Thef. Gr.* Tom. I, pag. 1677., etiam *πολεμιστας* vertit. Verum vtroque loco ad *ισμαροι* SCHOLIA MIN. prius afferunt explicationem contrariam, quae nec etymologiae repugnat nec orationi contextae. Nam nostro loco vnica explicatio haec additur: *οι περιλους και τοζα μεμωρημενοι, ο εστι καιμωντες*, et altero ζ, 479 prior explicatio est: *οι περι της ιθς, ο εστι τα βελη καικοπαθεντες*. Sed illam explicationem inprimis quoque contexta oratio suadet, quia in laudatis locis Graecorum siue pigritia siue calamitas futura indicatur et, quod multo maioris momenti esse ad illam explicationem videtur, in loco vtroque aliud additur vocabulum, cui vituperatio aperte inest. Nam in nostro additur *ελεγχες*, vituperandi, ignominia pleni, et in altero additur: *απειλαιων ακορητοι*, qui sine fine minas iactant. Quare praefero illam explicationem: *Argiui, hostium sagittis expositi*. Comparari quoque alia loca merentur, vt: Iliad. β, 235. ε, 787. η, 96. δ, 228. in quibus Graeci *repetita compellatione* ignominiae plena vituperantur, quam igitur nostro loco iure suo lectores expectauerint.

Quod variam lectionem *σευσεθε* pro *σεβσεθε* attinet, non est praefenda. Primo, quia non videtur antiqua esse; nam in SCHOL. MIN. sola interpretatio: *εντρεπεσεθε* additur atque in EVSTATIO quoque

que: αἰδεισθε explicatur. Porro frigida inesset ταυτολογία huic loco, vt bene monuit ERNESTI, quia statim sequitur: τῆσδ' ἔτος ἔσητε. Denique in orationibus similis argumenti, quo militum ignauia taxatur, prima fere vbique notio pudoris occurrit. Vid. Iliad. ε, 787. θ, 228. π, 422. &c.

v. 243 - 245. Quod elegantissimam hinnulorum comparationem atinet, huic loco maxime propria et vnica in suo genere esse videtur; quamvis Homero etiam alibi consuetum sit, timidos et fugientes cum hinnulis comparare. Sed hoc loco maximum poetæ artificium in eo cernitur, quod non hinnulos adhuc vagantes comparat, quam imaginem saepe post Homerum alii poetæ et omnium elegantissime HORATIUS lib. I, od. 23. expresserunt. Sed maius quid describit Homerus, cum hinnuli iam longum campi spatium emensi subsistunt et tremunt, qui partim defatigati fugiendo, partim hostis instantis celeritatem nondum experti, quod reliquum sit virium non meminerunt. Certe descriptio poetæ summo dignissima! quo difficilius est animantis siue hominis immoti quidem sed timentis tamen viuam depingere imaginem -- Ad verba v. 245 ἔδ' ἄρα τις σφί μετὰ φρεσὶ γιγνεται ἄλλη, bene additur in SCHOL. MIN. ἢδε μίαν ἐνοίαν ἄλλης καὶ σωτηρίας ποιεῖνται. Nam ita quoque Graecos istos describit Aga. memnon virium, quibus gaudeant, immemores, nondum autem iis omnibus defectos. Simili imagine expressit I. I. HORATIUS: et corde et genibus tremit.

v. 248. ἐνθα τε νηες εἰρύατ' ἐπυρμνοί, πόλις ἐπὶ θνί θαλάσσης — *Locus castrorum* in his verbis describitur. Quia puppes nauium versus castra spectabant ἐπυρμνοί appellatur, et quia mare littori proximum spuma albicare solet, etiam πόλις epitheton ei maris parti est proprium. Quod locus Iliad. A, 350. luculentius indicat, vbi poeta θνία ἄλος πόλις aperte distinguit ab: εἰνοπα ποντον, et SCHOL. MIN. idem confirmant, πόλις interpretando: λευκὴς διὰ τὸν ἄφρον.

v. 249. ἄμει — ὑπερσχη χεῖρα Κρονίων, si forte defendat Iupiter. Ita alibi SCHOLIA MIN. eadem verba ad Iliad. ε, 433. explicant: ὑπερμαχέστο. Ceterum in eiusmodi locutione sensu latissimo vocabulum

B

cabulum

cabulum *χειρος* sumitur pro *auxilio*, vt hebr. *יָד*. Nam aurifodinas adeo dicit *XENOPHON Hist. Graec. V, 2, 12. χειρα ὄρεσθαι*. Quare nec h. l. ipsa Iouis manus nimis vrgeatur.

Sed alia Agamemnonis oratio, cum iam, quod in nostra minatur Agamemnon, euenisset et Graeci ad naues essent depulsi, cum hac nostra comparari meretur, Iliad. 9, 228 sqq. Quae longe fortior est oratio; nam non ex alius rei comparatione ipsorum fugam arguit, sed ex ipsis eorum factis et verbis, quae antecesserant. Inter epulas fortes verbis, sed in pugna timidi; singulorum manibus ducentos hostes caesum iri spondentes, nunc omnes ne vni quidem hostium repellendo sunt pares. Quo simul, quod omnes cum vno comparantur, fortitudo Hectoris in ipsorum animis minuitur. Periculum pugnae ad naues ineundae, quod rex in nostro loco futurum minatur, ibi vt praesentissimum et maximum describit; quia statim deflagratae sint naues. Denique auxilium Iouis, quod in nostro loco vt incertum et remotum annunciauerat, nunc, cum solum, rebus fere desperatis, superest, certius atque praesentius reddit ipsis precibus coram exercitu ad Iouem factis; quibus in Homero maxima vis et in coelo et in animis hominum tribuitur.

v. 250 - 256. Ὡς δ' ἔγχε κοίρανας ἐπεπώλειτο σιγῆς ἀνδρῶν.
Ἦλθε δ' ἐπὶ Κρητῆσσι, κίων ἄνα ἑλαίον ἀνδρῶν.
Ὅι δ' ἄμφ' Ἰδομενεῖα δαιφρονα φωρησσοίτο.
Ἰδομενεὺς μὲν ἐνὶ προμαχῶσι, σὺν εἰκελὸς ἀλκῆν.
Μηριόνης δ' ἄρα οἱ πυμάτας ὠτρυνε Φαλαγγῆας.
Τὰς δὲ ἰδὼν γήθησεν ἄρα τις ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.
Ἄυτικα δ' Ἰδομενεῖα προσήυδα μελιχίοισιν.

v. 250 - 256. Haec populis mandata dedit iustrando cohortes.
Tandem Cretaeas accessit in agmine turmas,
In quibus Idomeneus iam tela cruenta ministrat,
Idomeneus primos inter fortissimus apti
Instar spumantis, postremum concitat agmen
Meriones: Graium rex laetus viderat ambos,
Et blandis illum compellat vocibus ultro:

Iam

Iam poeta enarrat v. 250 - 400 verba Agamemnonis ad Graecorum duces facta, quibus etiam partim duces fortissimi, quia ad pugnam veloces erant, laudantur, partim tardiores Agamemnonis iudicio in reprehensionem incurrunt. Ceterum variae summi ducis adhortationi multiplex inest eloquentia, quae magis in specie singuli ducis vitae conditionem atque virtutes attingit. — Ex toto autem Homeri loco facillima quoque erit ad illam quaestionem responsio, quam movit RAMBACH v. c. ad POTTERI *Archaeol.* T. II. p. 157. *quomodo audiri a toto exercitu adhortatio ducum potuerit?* Nam praeter animadversiones, quas affert vir doctissimus, haec quoque memoranda videtur, raro una tantum oratione defunctos esse illos duces, sed eandem pro ingenii dotibus inter diversos militum ordines variatam repetisse, ut ita eo altius omnium animis inhaereret ducis praesentis adhortatio. Sed rerum gestarum scriptores plerumque unam tantum ducis orationem eamque paulo longiorem, quam certe coram magno exercitu haberi potuit, describunt, quae quidem repetitas eius adhortationes complectatur, ne eas singulas et separatas afferendo taedium crearent lectoribus.

v. 250, 251. Illi duo versus ad eorum numerum referri solent, quorum crebra repetitio in nostro poeta taxatur. — Non equidem mihi sumam, ut Homerum propter frequentem verborum quorundam repetitionem ab omni labe purgem. Nam concedendum videtur, antiquissimos scriptores non semper ad singula quoque verba dicendi varietatem extendisse. Quare maiori illa verborum varietate recentiores scriptores, ut: Virgilius, non immerito laudantur. Negari tamen nequit, illam verborum repetitionem quoque in nostro poeta saepissime artificii locum obtinere. Iusta enim causa eiusmodi verborum repetitionis olim fuit, ut in magna rerum varietate, quam nemo detractam velit Homero, si continuae orationi sunt intextae, ipsa enarratio eo melius cohaereret atque lectoris siue auditoris animus eidem semper rei, quae summam narrationis continet et cui reliqua sunt adiuncta intentus maneret. Nisi enim sententia versuum 250 et 251 in illa describenda ad pugnam adhortatione saepius addatur, fieri potest, ut quis putet, in eodem loco constitutum imperatorem haec recitasse ad diversos duces, quod ipsum poetae

poetae artificium atque elegantem rei continuatae enarrationem admodum impediret. — Porro verbis iisdem saepe repetitis *res quaedam attentione digna et gravis eo magis attenditur*, quod in nostro loco potissimum v. 255. sqq. verbis: ἰδὼν γηθησεν et v. 271. illis: ὄρκια δηλήσαντο saepe repetitis accommodari potest. Multum enim augebat poetae artificium, Troianorum perfidiam et Graecorum ducis laetitiam, si quis fortiter pugnaret, sub initium pugnae inculcari. — Denique verborum repetitionibus potius laudandis quam vituperandis maxime prodest illa animaduersio, Homerum fuisse αἰοῖδον, qui carmina sua pracinente cithara cantaret. Iam vero nostra etiam aetate, imprimis ΚΛΟΒΣΤΟΚΗ v. c. artificio in eius sacris carminibus receptum et certum est, *repetitionem verborum eorundem per certa intervalla et opportuno tempore, cum idem simul cantici modus semper redit, multum suavitatis in carmine, quod decantatur, adferre.* Conf. RICCI *Dissert. Hom. Dissert. VI.*

v. 251. Quod verbum: ἔλαμος attinet, optime explicatur ex antecedenti *σιχες ἀνδρῶν, densi militum ordines.* Sicut autem in toto Homero *σιζ* pro *indefinito militum numero* accipitur, (nam quod, auctore EΥΣΤΑΤΗΙΟ in Iliad. π, 173. *σιζ* idem quod *πεντακσίουσιν* notare dicitur, adhuc, quia poeta ipse silet, dubitationi subiectum manet, et melius ibi SCHOLIA MIN. in genere: *μιας ταξῆος* explicant.) ita quoque *ἐλαμος* non, ut vult interpres quidam in SCHOL. MIN. ad nostrum locum, est *ταξίς συνεσηκεία ἐν τεσσαρακοντα ἀνδρῶν*, sed aperte commutatur v. 250 cum *σιχες*. Eodem modo recentior est Homeri aetate neque eius carminibus apta explicatio *Φαλαγγος* in SCHOL. MIN. ad nostrum locum, quod sit *ταξίς ἀποεκατον ἑποσι ἀνδρῶν* et explicatio *πυργος* ad Iliad. γ, 113, quod sit *ἐξ τριακσίουσιν καὶ ἐξήκοντα τετραγωνοειδῶς πυκνωμένη ταξίς*. Si quis enim locum nostrum, qui nunc explicatur, totum attente perlegerit, cognosceret non solum *σιχες* et *πυργος* inter se permutari v. 330 et 335, alias non opus fuisset, ut *πυργός* a poeta *ἄλλος* adderetur, neque SCHOLIA MIN. explicarent: *ταξίς*; sed et *Φαλαγγες* cum *σιχες*, ut saepe, permutari v. 281. collato v. 330. Ex quo sequitur, inter *Φαλαγγίς* et *πυργος* non verum quoque de numero definito discrimen in Homero locum habere, sed quatuor illa verba: *σιχες, ἐλαμος,*

ἐλαμος, Φαλαγγί, et πυργος in nostro poeta promiscuo poni. Quid? quod etiam aduerbium: πυργηδον, quamuis SCHOLIA MIN. explicarint: πυργος δικην, in tribus tamen locis, ubi occurrit, vt: Iliad. μ, 43 v. 152. ο, 518. etiam ab alio SCHOLIORVM MIN. interprete: ἐν τάξει, acie instructa explicatur. Concedam tamen, ubi vocabulum πυργος, vt in nostro loco, apud poetam occurrit, oblongam aciei formam simul indicari. Vtrum autem illa iam Homeri aetate cum POTTERO *Archaeol. Graec. T. II, pag. 119. ed. Rambach,* et cum LIPSIΟ *de Milit. Rom. Lib. IV. dialog. VII* distinguere πλυνθιον a πυργω liceat, nec ne, valde incertum mihi videtur. Saltem EUSTATHII locus ad Iliad. μ, 43, quem in rem suam laudat LIPSIUS, contrarium innuere videtur: πυργος δὲ νυν ἐρεβδη διατάξις στρατιωτικῆ τετραγωνοειδῆς κατὰ πλυνθιον συντεταγμένη, turris nunc a poeta dicta est instructio militaris, quadriformis, iuxta laterculum disposita.

v. 256. Ἰδομένηα προσηυδα; Primus Ducum fortissimorum, quem cum laude Agamemnon alloquitur, est Idomeneus. Post illum Aiaces duos, deinde Nestora, tum Vlysem cum Menestheo, denique Diomedem cum Sthenelo ad pugnam excitat. Eleganti autem artificio poeta in libro θ, 77 - 100 sqq. eundem ducum ordinem retinuit, cum omnium, quamuis fortissimorum, fugam enarrat. Nam Idomeneus primus et Diomedes vltimus nominatur. Locum autem nostrum in libro: θ, aperte respici, etiam inde probatur, quod Diomedes, quem solum Agamemnon in nostro loco viribus imbecillum nominat, in illa fugae enarratione vnus omnium fortissimus laudatur. Sequuntur

v. 257 - 271. Ἰδομένευ, περὶ μὲν σε τιῶ Δαναῶν ταχυπόλων,
 Ἥ μὲν ἐνὶ πτόλεμῳ, ἢ δ' ἄλλοιῳ ἐπὶ ἐργῳ,
 Ἥ δ' ἐν δαίθ', ὅτε περ τε γερῶσιον αἰδοπα οἶνον
 Ἄρχειον οἱ ἀριχοὶ ἐνὶ κρητήρσι κερωνταί.
 Ἐπιπερ γὰρ τ' ἄλλοι γε κερηκομῶντες Ἀχαιοὶ
 Δαιτρον πινῶσιν, συν δὲ πλεον δεπας αἰεὶ
 Ἐσχη, ὡσπερ ἔμοι, πινεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.
 Ἄλλ' ὄρσει πτολεμονδ', οἷος παρὸς ἐνχεο εἶναι.
 Τὸν δ' αὖ Ἰδομένευς, Κρητῶν ἀγῶς, ἀντίον ἦνδα.
 Ἄτρεϊδῆ, μῦλα μὲν τοὶ ἐγὼν ἐμῆρος ἔταμος
 Ἐσσομαι, ὡς τὸ πρῶτον ὑπέσην καὶ κατένευσά *

B 3

Ἄλλ'

Ἄλλ' ἄλλες ὄτρυνε κρημομωωντας Ἀχαιούς,
 Ὀφθα ταχίστα μαχόμεθ' ἐπὶ συν γόμφῳ ἔχουαν
 Τρώες· τοῖσιν δ' αὖ θανάτος καὶ κηδὲς ὀπίσσω
 Ἔσσει', ἐπὶ προτεροὶ ὑπὲρ ἔρημα δηλήσαντο.

v. 257 - 271. Idomeneu, summo te semper dignor honore,
 Quicquid fuscipiant Danaï, seu turbida poscunt
 Proelia, siue parant laetis conuiuia mensis
 Et ducibus miscent rubicundo pocula vino.
 Si reliqui Graium, queis longi gloria crinis,
 Aequa parte bibunt, tibi pocula plena coronant,
 Ut mihi, sicut ego, quoties cupis, illa propines.
 Nunc age, bella moue, quae laus tibi propria poscit:
 Post haec Idomeneus Cretaeus talia fatur:
 Atrida, fidus semper miscebo sodalis
 Proelia, nec promissa fides virtute carebit.
 Sed reliquos Graium, queis longi gloria crinis,
 Sollicita, ne tarda laesat pugna scelestos,
 Foedera qui rumpunt: at mors gemitusque dolorum
 Vexabit Teucros, nam nos laesere priores.

Agamemnon in laudando Idomeneo v. 257 - 263. quam in illo adhortando v. 264 est luculentior, quia fortem virum ipsius laudes omnium maxime exstimulant. In vniuersum maiorem ipsi honorem prae aliis ducibus concessum affirmat cum in pugna tum in consiliis et in conuiuio.

v. 258. Illud ἀλλοίω ἐπι ἐργῶ optime explicari de consilio ducum inde apparet, quia solum eiusmodi negotium, praeter pugnam et conuiuia, honores praecipuos forti viro tribuebat. Nam in consilio viris tantum nobilibus fari licebat, quare etiam viros nobiles appellari *Φῶτες* (α Φῶ) quidam putant, et ibi honorifica prae aliis sede splendebant. Hoc vltimum quoque *Scholia Min.* respexisse videntur, quae explicant: *τη ἑδρα*, et alibi *Iliad. 9, 162.* illud: *τη ἑδρα* iterum explicant: *προεδρία*. Splendidissimum eiusmodi sedis honorificae exemplum extat in *Odyss. 9, 14*, vbi Telemachus Mineruae iussu conuocatis Ithacensibus ἐξέτο δ' ἐν πατρὸς θάλασσῃ, εἰζῶν δὲ γεροντες. Ex quo versu simul fit probabile, primum in consilio locum sine dubio tum summi principis fuisse, cui proximi adfiderent dignitate secundi.

v. 259,

v. 259, ἢ δ' ἐν δαίτῳ, ὄτε etc. Quod ad praecipuum conuiuii honorem attinet, in eo cernebatur. Primum, *si quis a duce summo ad conuiuium inuitaretur*, quod reliquis populi ducibus plerumque contingebat; quare etiam vinum in nostro loco γεγεσιον h. e. κατὰ τιμὴν διδόμενον γεγας, vt verbis SCHOLIORUM MIN. vtur, appellatur. Locus classicus de illo ritu est Iliad. ι, 65 sqq. Deinde, quia multi erant eiusmodi duces, admodum verisimile est, *in varias classes eosdem in conuiuio fuisse diuisos*. Nam EUSTATHIUS quidem ad Iliad. β, 126. confirmat, conuiuias per decurias coenare solitos; et conuiuii, mensis separatis celebrati Homerus mentionem iniecit Odyss. α, 132. vbi Telemachus et Minerua dicuntur ἐπιτόθεν ἄλλων μνηστῆρων confedisisse, vt mensa sua eaque oblonga (v. 138. παρὰ δὲ ἐτάνυσσε τραπέζων) coenarent. Iam quidem cibus et potus aequali portione omnibus distribuebatur, quod in primis sollempni formula indicatur: ἔ θυμος ἔδευετο δαίτος εἴσης, quod SCHOLIA MIN. ad Iliad. Α, 468. explicant: πᾶσιν ὁμοίας ἢ ἰσομοίως καὶ μερίτης. Paucis tamen, siue dignitate praecipua siue victoria quadam celebrati essent, cum duce summo maiores cibi et potus, non melioris quidem, sed eiusdem, partes tradebantur. De poculis semper plenis, quando-
cunque quis bibere velit, in nostro loco agitur, sed de perpetuo bo-
uis tergo, (vt VIRGILIUS expressit Aen. VIII, 183.) quo Aiax Telaarmonius et Vlysses sunt honorati, loca Iliad. η, 321. et Odyss. ζ, 437. agunt. — Cui autem haec poetae loca pertractanti non in mentem veniat conuiuii eius, quo Iosephus suos fratres excepit atque quintuplici parte prae fratribus honorauit Benjaminum, (Genes. 43. 34.) quae quidem cum poetae nostri enarratione non immerito comparantur.

v. 260. Ἀργείων ἀρίστοι — κερωνται. Quis laudabilem modum modestiam in hoc loco non admirabitur, quam poeta Agamemnoni adiungit, cum conuiuii impensis eius celebrati mentio iniicitur. Putidum enim fuisset, si Agamemnon diceret: Honore te, cum a me Graecorum duces conuiuio excipiuntur. Loco eius dicit: cum coenant Graecorum duces et eadem modestia v. 344. dicit: Cum nos Graeci principibus conuiuium paramus. — Ex eo autem, quod tanto honore prae aliis ducibus ornatus dicitur Idomeneus, fabula

fabula quoque orta esse videtur, qua PROTESILAVS quidam negavit, Idomeneum ad Troiam pugnasse, quia imperatoris summi dignitatem Agamemnoni concedere noluerit. Vid. PHILOSTRATVS in *Heroidis* cap. 7. —

v. 272 - 282. Ὡς ἔφατ' Ἀτρείδης δε παρωχέτο, γηθσοῦνος κη.
 Ἥλθε δ' ἐπ' Αἰαντεσσιν, κίων ἀνα ἔλαμον ἀνδρῶν.
 Τῷ δε κορυσσέσθην ἀμα δε νεφός εἶπετο πέζων.
 Ὡς δ' ἄτ' ἀπο σιοπιῆς εἶδεν νεφός ἀίπολος ἀνῆρ,
 Ἐρχομενον κατα πόντον ὑπο Ζεφύροιο ἰώης,
 Τῷ δε τ', ἀνωθεν ἔοντι, μελαντέρων, ἤτε πύσσα,
 Φαίνεται ἰὼν κατα πόντον, ἀγεί δε τε λαίπατα πολλήν.
 Πήγησεν τε ἰδὼν, ὑπο τε σπείος ἤλασε μῆλα.
 Τοιαῖα ἄμ' Αἰαντεσσιν ἀρηθῶσων αἰζῶν
 Διὸν ἐς πόλεμον πυκινὰ κινυτο Φαλαγγες,
 Κυανεαί, σακισὶν τε καὶ ἐγγχεσι πεφικνυαί.
 Καὶ τὰς μὲν γηθῆσεν ἰδὼν κρείων Ἀγαμέμνων,
 Καὶ σφαικὸς Φωνῆσας ἔπειε πτεροεντα πρὸς ἠυδα.

v. 272 - 284. His laetus diâs Atrides prodit̄ ultra,
 Nec procul Aiaces reperit, lufrando cateruas,
 Quos sequitur peditum nimbus fera bella parantes.
 Ceu nimbum cernit pascens in vertice montis;
 It mare per medium Zephyri fridore volutus,
 Clara dies picea regitur caligine coelo,
 Ante volant venti, multus furit aequore turbo,
 Et trepidat quaeritque latebras cum grege pastor:
 Haud secus Aiaces ad proelia saeva feruntur,
 Qui secum rapiunt impigri militis agmen
 Et clypeis pilisque horrens et pulvere nigrum.
 Quos ubi conspexit gradientes Ductor; Achium,
 Laetatur mentesque incendere talibus infit.

De copiis vtriusque Aiâs, quas Homerus cum densa et nigra nube, grauem ciente tempestate comparat, egregie disputauit PORPHYRIUS in *Quaestione. Homer. cap. 29.* atque singulas similitudinis partes enarratae rei apte accomodatas esse docuit. Non alienum erit, ipsum Porphyrii locum laudare, vt simul pateat eius disputandi ratio. Verba eius sunt: ἐπι δε των αἰαντων νεφος εἶπε τολμιασας πεζων. κατα μεταφοραν και ὡς ἔυλογον την τολμην τη παραβολη ἐπισωσατο. και τας φωνας ἡμεψεν ἐπειπων το παραβληθεν

τῷ παραβαλλομένῳ. De Aiacibus nubem peditum audacter laudavit,
 quibus verbis metaphora inest. Iam audaciam non ineptam similitudine
 adiuncta confirmavit atque mutata verborum sententia rem comparatam
 rei iam comparandae accomodavit. Deinde laudantur duo versus 273
 et 274. et ex altero fundus effictae similitudinis affertur. Verba
 eius sunt: προαναφωστας ἐν νεφός πεζών, ἐξ αὐτὰ πλασσει πα-
 ραβολὴν, verbis praemissis: peditum nubes, totam effingit similitudi-
 nem. Tum reliqua addit Hōmeri verba PORPHYRIUS v. 275 · 282.
 Propter ingratum certe eiusdem consonantis concursum longe ele-
 gantior et praeserenda videtur Porphyrii lectio εἶδῃ pro εἶδεν ante
 νεφός in v. 275, et vulgata lectio: εἶδεν partim scribae errore, qui
 dictatis propter sequens νεφός male intellectis, τῷ: η̄ vt nostrum s
 pronuntiatio aliud novum v̄ adfueret, partim ex sequentibus verbis
 in Indicatio prolatis orta esse videtur: quae tamen verba in ἀπο-
 δοσει posita non necessario Indicativum verbi quoque in προτασει
 requirunt; sicut supra v. 141. etiam post ὡς ὅτε Coniunctivus:
 μῆνῃ penitur, atque eundem verba in Indicatio pronuntiata exci-
 piunt. — Porro miror, minus attendi variam PORPHYRII lectionem,
 quam v. 277. exhibet, vt pro ἀνευθεν legatur: ἀνωθεν. Nam pri-
 mo ἀποσκοπιῆς praecessit, optime igitur idem repetitur vocabulis:
 ἀνωθεν ἐόντι. Deinde sequentia: apparet ipsi nubes picea, mare trans-
 grediens: edc. magis: ἀνωθεν ἐόντι postulant, quia viro longinque
 remoto (ἀνευθεν ἐόντι) non talis prospectus tam clare et late patet,
 neque nubes, quippe, minor, tam terribilis esse videtur, vt pastor
 statim in specum cum grege se condat. — Denique vulgatae lectio-
 ni aperta corruptionis vestigia insunt, quia in SCHOLIIS MIN., quae
 legunt: ἀνευθεν, simul pro ἐόντι legitur: ἰόντι, et explicatio est ad-
 dita: παρευθεν ἐρχομενῶ. Quae altera lectio: ἰόντι, quia non de
 viatore, sed de pastore est sermo, statim explodenda videtur et for-
 te omnis error ex male intellectis, quae antecedunt, particulis ori-
 ginem cepit, vt pro: δε τ' male distinguerent: δ' ἐρ'. Itaque cum
 PORPHYRII lectioni: ἀνωθεν non ea corruptionis vestigia insunt, hac
 ex parte etiam maioris erit auctoritatis. — Ultima lectio varia,
 quam PORPHYRII libellus prae se fert, est in v. 280. διοτρεφῶν
 pro ἀρετιθῶν, quam adeo interpretes quidam praeserunt. Sed iam
 pace eorum defendere vulgatam liceat contra PORPHYRIUM, quia in

nostro loco plane non quadrat: *διοτρεφεων*. Quod quidem nomen cum regibus atque principibus viris adiungitur, non de omnibus Aiacis vtriusque militibus praedicari potest. Nomen *αιζητων* etiam saepius cum eodem *αιζητων* iunctum legitur, et locus vnicus Iliad. β, 660, qui habet *διοτρεφεων αιζητων* et ex quo falsa lectio in nostrum irrepsisse videtur, non de militibus sed de regibus agit, quare Eustathius ibi explicat: *βασιλικων ανδρων*. — Iam reliqua PORPHYRI verba, quibus locum nostrum illustrat, adscribam: *το μεν νεφος ερχομενον και ιον και αγον λαιλαπα ειπεν· ο εστι ηπραγμα ζερατιωτε· επι δε της Φαλαγγος κινυτο· ο επι νεφους ταττει κινησει· πυκινη νεφελην· και πυκινη Φαλαγγες· και πυκινη νεφος· και κιναι Φαλαγγες*. Nubem dixit aduentare, ingredi atque tempestatem cedere; id, quod et militis est negotium. De acie militum dixit: mouetur; quod respectu ad nubis motum posuit. Sicut autem nubem appellamus spissam, ita poeta spissam aciem: utque nubem nigram, ita aciem dixit nigram. Quibus PORPHYRI verbis Homero et continuatae et accomodatae eleganter similitudinis laus tribuitur.

Quae v. 276 de Zephyri flatu vehementiori in maritimis Asiae minoris regionibus versus Thraciam porrectis iam STRABO *Geograph*, L. I, pag. 28, edit. *Amelov*, adnotauit, ut Homeri descriptio etiam in nostro loco defendatur, ea longe luculentius nos docuit wood v. c. (vid. *Woods Versuch über das Original-Genie des Homer* pag. 50 sq.) qui mentione nostri etiam loci facta maris tempestatem intelligit, quam Zephyri ex Thraciae nivalis montibus adducti flatus in maritima Ioniae ora excitare solent, atque plura simul loca Homeri laudat, in quibus militum ad pugnam properantium appropinquatio cum Zephyri vehementis adventu comparatur. Sed maxima similitudinis laudatae vis in eo potissimum est posita, quod non statim Zephyrus omni vehementia flare in illis oris, sed pedetentim augere flatus; nubes cogendo et mare totum commouere incipit. Ita quoque turba militaris ad pugnam accedens non omnes statim belli motus concitat, sed, primum conspecta tantum pulueris emoti nube et nigro aciei horrentis colore, mox strepitus armorum atque clamor bellicus auditur, tandem grauius aures ferit, armis inuicem concussis, cadentium gemitus atque vox laeta victorum.

v. 277.

v. 277. Ad verbum: *μελαντερον* SCHOLIA MIN. duplicem diversi interpretis explicationem afferunt. Altera est: *ἀντι τε μελαν*, altera: *συγκριτικὸν ἀντι ὑπερθετικῆς*, comparatiuus pro superlatiuo. Quamquam plura posterioris explicationis exempla apud omnes scriptores occurrunt, tamen, quia nulla adest comparandi particula, prius praefero, ut pro: *μελαν* sit positum. Quae etiam HENR. STEPHANI est sententia in illo *de Dialecto Attica* libro, ubi pag. 38. notat Homerum locum inter alia poetarum exempla, qui *Positui loco Comparatiuum enunciarunt*, laudatur. Memini similis loci in HORATII lib. I, od. XIV 8, 9, ubi *imperiosius aequor* pro: *aequor imperiosum* legitur, cui sine dubio plura addi loca possent.

v. 279. *Antrum*, quod subiit cum grege suo pastor, *consuetum ipsi domicilium fuisse videtur*, in quod quotidie intrare solebat. Nam saepe in Homero speluncarum, *μεγαροῦ* oppositarum, fit mentio; in quibus homines de plebe habitant, et imprimis Cyclopuum, Siciliae pastorum atque Polyphemi illius domicilia, quae libro: 9 *Odyssaeae* describuntur, ad loci nostri interpretationem conducunt. Quare autem poeta ouium pastoris, grauem tempestatem timentis, imaginem potissimum elegerit, quodam ad Troianos timidiorese respectu fecisse eum arbitror, quia etiam alibi, vt: *Iliad. δ, 433. ε, 141. cum ouibus timidis Troiani comparantur.*

v. 282, *κωνεαῖ*. Explicat quidem SCHOLIA MIN. *πυκναῖ*, sed, quia iam adfuit *πυκναῖ* plane non dubito illud referre ad *spissam pulueris nubem*, quam pedites in campo ingressi excitabant, atque verisimile est *νεφος* et *nubes* propterea in vtraque lingua hunc accepisse *ingentis multitudinis* significatum, quia multi ingressu suo puluerem excitant. Eodem modo quoque *atrum agmen* in VIRGILIO *Aen. XII, 450.* de puluere excitato intellexerunt SERVIVS atque ILVST. HEYNIUS.

πεφρικναῖ. De propria huius verbi significatione ampla et docta extat disputatio *ΡΟΗΗΥΗ Quaes. Homeric. cap. 8.* vbi docet ἡ *Φριξ* esse *κινεμενς τε πνευματος ἀρχὴν* et το *διανεσηκος της θαλασσης ἐπιπολης*, maris ab incipiente venti flatu commoti et undarum in superficie surgentium inaequalitas. conf. quoque SCHOLIA MIN. ad *Iliad. η, 62. 63.*

Deinde verbum *Φεισσω* etiam ad alia omnia quae *superficiem habent inaequalem et asperam*, refertur, plane eodem modo, vt verbi: *horreo* significatum doctissime expressit et confirmavit ILLVST. HEYNIVS ad Aen. X, 237. Neque dubium esse videtur, illud *Φεισσειν* non tantum de hastis in acie erectis, sed de *clypeis quoque*, quibus militem non minus asperum dicas, intelligi; licet VIRGILIUS: *horrentes Marte Latinos* et alii poetae: *horrentia arma* de tota armatura et de ipso *thorace* dixerunt. Homerus etiam alio loco ad *galeam* verbum *Φεισσειν* refert Iliad. η, 62. Itaque cum quibusdam illud *Φεισσειν* tantum ad *ἐγχεσι* referre et ad *σάκεσιν* aliud verbum, vt: *πεφραγμέναι, ordines clypeis vallati*, supplere nolim.

Iam superest, vt quoque de VIRGILII imitatione, qua nostrum nobilitavit locum Aen. XII, 451 sqq. breuiter moneamus. Quamuis audaciam dixerit ΠΟΡΡΗΥΡΙΩΣ, quod Homerus multitudinem pedum appellat nubem, maior tamen VIRGILII verbis: *abrupto fidere nimbus* audacia inest, quibus *tempestatem cum vehementi vento aduentantem* indicat. Vid. SERVIVS et ILLVST. HEYNIVS. Deinde HOMERVS ea tantum describit, quae vere fiunt et cernuntur, vt sub ipso nigrae nubis aduentu in specum se recipiat pastor. Sed VIRGILIUS, vt recentiorem decet poetam, imaginem suam *cladis futurae descriptione*, qualis iam in animis hominum timebatur, in primis exornat, adiuncta *sermocinationis* figura, vt statim ipsa cogitandi et dicendi ratio inter miseros agricolas cognoscatur:

— dabit ille ruinas

Arboribus, stragemque satis: ruet omnia late.

Itaque ex iis, quae attuli, apparet, *maius* idque non infelix artificium VIRGILIO in huius loci imitatione concedi.

v. 285 - 291. Ἀϊωντῶ, Ἀργείων ἠγήτορες χαλκοχιτωνῶν,
ΣΦωὶ μὲν, εἰ γὰρ ἔοικε, στρουμένῃ ἐτικλευῶ.
Ἄνω γὰρ μάλα λαὸν ἀνωγέτον ἰΦι μάχεσθαι.
Ἄι γὰρ, Ζεῦ τε πατέρ, καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἀπολλῶν
Τοῖσι πᾶσιν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γενεῖτο.
Τῷ κὲ τάχ' ἤμυσσε πολὺς Πριαμοῖο ἀνακτοῦ,
Χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν ἄλυσσά τε περὶ δόφνην τε.

v. 285 - 291. Aiaces, vobis ducibus seruantur Achiui.
 Non licet, vt iubeam, vos Teucris bella ciere.
 Nam iuuenes dictis vltro stimularis ad arma.
 O vrinam Iupiter summus Pallasque verenda
 Et Phoebus tales infundant omnibus iras!
 Concider arx Priami celeri tunc inelyta lapsu,
 A nostro prostrata solo destruculaque ferro.

Iam sequitur ipsa elegans Agamemnonis oratio ad Aiaces, qua, cum non admonere se eos confirmat, grauite tamen eos admonet et laudes ipsorum, non facta sine honorem, vt supra enumerando, sed votis, de simili omnium fortitudine conceptis, significat.

Quod ad v. 288 attinet, quo Agamemnon tres Deos voti sui testes rite invocatur, quique saepius in Homero legitur, non sine causa quaerunt, quare illos tres Deos, Iouem, Mineruam atque Apollinem potissimum inuocare in votis suis soleat Homerus. SCHOLIA MIN. ad Iliad. β. 371. docent, ex illis verbis Homero consuetis conclusisse quosdam, poetam esse Athenis natum, quia et Ἀθηναῖον attice dicatur et similis iurandi formula Atheniensibus consueta fuerit. Vid. POTTERI *Archaeol. Gr. T. I.* pag. 568. Quam male autem haec facta sit conclusio, wood inprimis in libro iam laudato demonstravit, nec certi quidquam de illa tres Deos coniungendi ratione afferri potest. Forte Iouem, Deorum summum, Mineruam, sapientiae et cognitionis Deam, quae igitur inter omnes homines rationis vsu gaudentes praefens adest et Solem, radiis suis terras collustrantem antiqui praesentissimos atque grauissimos testes votis suis et iuribus iurandis habuerunt.

Porro, quia Iliad. β. 371. sqq. totidem fere verbis idem votum de Nestore pronunciat Agamemnon, hoc tantum discrimine, vt de Nestore dicat, se Graecis decem eiusmodi viros sapientiae plenos apprecari, de Aiacibus autem, omnibus Graecis tam fortem pugnandi animum inesse debere, iure meritoque laudatur summi poetae ingenium, qui fortitudinem in bello pluribus necessariam et saepius obuiam duxerit, quam illam Nestoris prudentiam; qua duplici sententia simul primas prudentiae partes concessit, quia pauco-

rum sapientia effici potest, quod alias multorum viribus demum perficitur. — Itaque CATO ille CICERONIS (de Senectute cap. 10) quoque priorem Homeri locum in rem suam, sed oratorie h. e. callide attulit. Verba eius sunt: *Et tamen dux ille Graeciae nusquam optat, ut Aiacis similes habeat decem, at ut Nestoris: quod si acciderit, non dubitat, quin brevi Troia sit peritura.* Cui quidem illa legenti, nisi nostrum simul de Aiacibus locum in memoria teneat, non verisimile videatur. Homerum nunquam tale quid de Aiacibus dixisse? Quare mihi primo ASCENSII sententiam (nam meliores, quos inspexi, interpretes de hac difficultate tacent) arrisisse non negem, qui ad illum CICERONIS locum adnotavit: *Quantum ad sententiam, damnatur Ciceronis memoria, cum etiam Aiacis similes optavit Agamemnon.* Deinde tamen mihi persuasi, CICERONEM non memoriae errore, quamvis hoc ipsi interdum acciderit, talia scripsisse, alias certe Nestorem non cum Aiace, sed potius cum Achille sua cum alio quodam viro fortissimo comparasset. Itaque callidam potius Catonis eloquentiam appellavi, qui breuiter tantum et uno verbo de Aiace sed pluribus de Nestore mentionem iniecit, ut ita Agamemnon de illa Aiacis fortitudine tacuisse et sapientiam Nestoris tantum laudasse videretur. Ceterum ad defendendum ASCENSII sententiam quoque facere possit, quod vnus tantum Aiacis nec vtriusque Cato meminerit. Sed nomen, vt saepenumero, a potiori Ciceronem deduxisse atque Aiace Telamonium, longe quidem fortiorem, vtriusque loco laudari respondeo.

v. 293 - 309. Ὅς ἐπὶ πῶν, τὰς μὲν λιπὲν αὐτῆ, Θῆ δὲ μετ' ἄλλας.
 Ἐνθ' ὄγε Νεσσοῦ ἔτετρε, λιγυὴν Πυλίων ἀγορήτην,
 Ὅς ἐταρὰς σέλλοντα, κινδύροντα μάχασθαι,
 Ἄμφι μέγαν Πελαγοντα, Ἄλαστορα τε, Χρομίον τε,
 Ἄμωνα τε κρείοντα, Βιάντα τε ποίμενα λῶων.
 Ἴππῆας μὲν πρῶτα συνἵπποισιν καὶ ὄχουσι,
 Πέρας δ' ἐξοπίθεν σῆσεν πόλεως τε καὶ ἑσθλῆς,
 Ἐρκος ἔμην πόλεμοιο· κικῆς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν,
 Ὀφρα καὶ ἐν ἑδέλων τις ἀναγκιῆ πολεμικῆ.
 Ἴππευσιν μὲν πρῶτ' ἐπέτελλετο· τὰς γὰρ αἰῶνι
 Σφῆας ἵππας ἔχεμεν, μῆδε κλονεσθῆαι ὀμίλῳ.
 Μῆδε τις ἵπποσυνῆ τε καὶ ἠγορηφί πεποιθῶς,
 Ὅιος προσθ' ἄλλων μεμῆτα Τρωῶσσι μάχασθαι,
 Μῆδ' ἀναχωρεῖτω· ἀλαπαυότεροι γὰρ ἔσσοθα.

Ο;

Ὅς δὲ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ἄν' ὄψεων ἔτερ' ἀρμαθ' ἰηται,
 Ἐγγεῖ ἐρέξασθω· ἐπειὴ πολὺ φερέτερον ἄτωσ.
 Ὡδὲ κκι οἱ προτεροὶ πολιᾶς κκι τειχῆς ἐπορεύον,
 Τονδὲ νοῦν κκι θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔχοντες.

v. 293-309 Haec ubi fatus erat, reliquos properabat adire,
 Mox ibi facundum Pyliorum Nestora vidit
 Artis quemque locare locis et ad arma vocare,
 Quos Pelagon Chromiusque regebat et altus Alastor
 Et Bias atque Haemon, regni moderator uterque.
 Ast equites primo cum curribus ordine Nestor
 Collocat, extremo pedites, qui robore pugnam
 Et numero firmant, medio mox ordine viles,
 Vt, quamvis nolint, Teucris pugnare cogantur.
 Nunc equiti mandata dedit, quos slectere cursus
 Directos nec equis turbas miscere iubebat.
 Ne quis equis fretus, fortis nec robore dextrae
 Ante alios hosti solus pugnare conetur,
 Aut fugiat, Teucris aliter victoria ceder.
 Si quis descendens curru desertur ad hostis
 Currus, cum pilo, quae martia pugna, lacestat.
 Sic quoque maiores, eadem qui mente probabant,
 Non minus audaces ceperunt oppida firma.

Enarratur in his versibus nobilissima aciei instructio, qua Nestor inter Graecos celebratur atque Homerus etiam illius inuentae artis laudem promeruit. Vid. AELIANVS: *de Acieb. instruendis*, statim sub libri initium et in illa ad Hadrianum Imperatorem praefatione. — Homerus iam antea Nestorem aciei firuendae peritum atque cum Menestheo de hac scientia decertantem laudauerat Iliad. β, 554, 555. Nunc ipsa eius ars, in quo posita fuerit, demonstratur. Inter duces Graecorum erat post Agamemnonem ditissimus et potentissimus, nam cum 90 nauibus ad Troiam erat profectus, vid. Iliad. β, 601, 602. quare tot viri nobilissimi nostro loco v. 295 inter legatos eius, vt ita dicam, numerantur. Bene SCHOLIA MIN. ad illum versum scribunt: *ἔτοι ταξιαρχοὶ ὑπάρχον· βασιλεὺς δὲ πάντων τῶν Πυλίων Nestor.*

Ipsa autem aciei instructio, quae tot imitatores inter antiquos est nacla, in eo cernebatur, vt currus bellicos, antiquae militiae robur,

robur, in prima, fortissimos quosque pedites in extrema et imbecillos milites in media acie collocaret. Sed illa verba: ἰππῆας μὲν πρῶτα — πεζῶς δ' ἐξοπιδεν — κωκῆς δ' ἐς μέσσον diuersam olim inter antiquos passa sunt explicationem. SCHOLIA MIN., quod etiam in Eustathio repetitur, explicant: πρῶτος ἕκτος εἰρησθαι τὰς ἐπι τὰ δεξιά κερῶς ἐτάσας· ὀπίσθε δὲ, τὰς ἐπὶ τὰ ἀριστερά, ὡς ἕκτος μεταξὺ τεταχθῆαι τὰς δεξιὰς, ἔγχαρ λόγον ἔχει· ἰφρα καὶ ἐν ἐθέλων τῆς ἀναγκαίᾳ πολέμῳ. Itaque interpres ille aciei dispositionem, a Nestore excogitatam de longitudine aciei (περὶ μήκας Φαλαγγος) siue de primo ordine militum ab vna ala vsque ad alteram extremam protenso intelligit. Nam primum dispositos equites in dextro cornu, vltimo loco stantes, in sinistro, et timidos in acie media collocat. Deinde causam illius interpretationis affert Homeri verba: *ut omnis vel inuitus ineat pugnam*; quae si locum habere debeant, timidos necessario in prima simul acie collocandos videri, vt ibi copia pugnandi detur. — Sed illa difficultas non tanti est, vt tam coacta verborum: πρῶτα et ἐξοπιδεν interpretatio admittatur, sique antiquissimam huius loci interpretationem, quam XENOPHON non vno loco dedit, *Memor. Socr. Lib. III, cap. I. Cyropaed. VII, 5, 3. VI, 3, 11.*, conseramus, non amplius prior illa interpretatio cadit in dubitationem.

Sed quia non ibi verbis difertis Homeri mentionem iniecit XENOPHON, tenendum est, eum saepe, sicut plurimi veterum scriptorum, Homeri res, instituta atque ipsa verba laudare, eximia quadam elegantissimi scriptoris imitatione abreptum. Quae cum accidunt, saepenumero quidem ipsum nominat Homerum, sed interdum quoque, quod non facile fugit attentum scriptoris vtriusque lectorum, ipsius nomen non adfert. De verbis Homeri a XENOPHONTE non raro vsurpatis iam monuit HUTCHINSON vs ad *Cyropaed. Lib. IV, cap. I, 6*. De rebus, a poeta nostro enarratis, quas XENOPHON sine addito eius nomine repetiit tria tantum loca laudabo. *Memor. Socr. I, 3. 7*. de intemperantibus Vlyssis sociis loquitur Socrates, nulla poetae facta mentione. *Lib. II, 5, 31*. Scyllae mentio iniicitur, sed non Homeri, et si quis h. l. velit obiciere, Homerum tamen sub illius capitis initium laudari, respondeo: loco quoque laudato Memor.

mor. III, 1. qui ad Homeri interpretationem facit, sub capitis initium et nomen et verba Poetae afferuntur. Denique *Cyropaed.* Lib. II, cap. II, §. 15. de Cyro refertur: ἦν δὲ τὰ μὲν παρατιθέμενα αἰεὶ ἴσα αὐτῶ τε καὶ καλεμένοις ἐπὶ το δειπνον. Quis hoc loco negauerit, illa Agamemnonis conuiuia respici, quibus omnes aequis partibus, sicut rex ipse, epulabantur? Quem quidem XENOPHONTIS locum eo maioris aestimo, quo facilius iam occasionem praebet, alia quoque Cyri instituta ex Homeri imitatione interpretandi.

Quodsi igitur *Cyropaed.* VII, 5, 3, enarratur: ἀναπτυχθεῖσιν ἔτω τῆς Φαλαγγος, ἀναγκητὲς πρῶτες ἀρίστες εἶναι καὶ τὰς τελευταῖας, ἐν μέσῳ δὲ τὰς κακίτεσ τεταχθεῖν ἢ δὲ ἔστω ἔχουσα ταξίς, καὶ πρὸς τὸ μαχεσθαι ἐδοκεῖν παρεσκευασθαι καὶ πρὸς τὸ μὴ φεῦγεν, aequè certum videtur, ad Homeri imitationem iam Cyri aciem instrui atque ex illo loco simul vera et antiquior poetae verborum patet interpretatio. Sed vt ad illum XENOPHONTIS locum redeam, qui *Memor.* III, 1. legitur, et vberiore cum commendationem tum illustrationem loci Homerici continet, hoc vnum adhuc monendum videtur, quod mirum forte multis videbitur, eandem aciei dispositionem in vtroque et *Memorab. Socrat.* et *Cyropaediae* libro laudari. Sed constat, Socratis praecepta in *Cyropaedia* propterea repeti, quia Cyrus a XENOPHONTE ad ipsa Socratis praecepta effictus atque descriptus legitur, quod multis doctissime docuit FRAGVIER. (in *Dissertatione: sur la Cyropaedie de Xenophon.* Quae reperitur in *Memoires de Litterature de l'Academie des Inscr.* Tom. II, pag. 66 1qq.)

Restat iam, vt difficultatem a SCHOLIASTE motam diluamus, quod, qui in medio loco sunt positi, pugnare dicuntur. Cyri artem militarem denuo in auxilium voco, qui, vt vidimus, aciei dispositionem, a Nestore excogitatam retinuit. Quinam enim sub illis κακίσι debeant intelligi, vberius explicatur *Cyropaed.* L. VI, cap. 3, §. 11. Dicit Cyrus: Ἀκοντιστὰς μὲν ἐπὶ τοῖς θάρακκοφοροῖς ταξίω, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκοντισταῖς τοξοταῖς. — Τεταὲ γὰρ πρῶτος αὐτὰς μὲν τῶν ἀνταττοῖ, οἱ καὶ αὐτοὶ ὁμολογεῖσιν μηδεμίαν μάχην ἀνυπομένειν ἐν χεῖρσι; Προβεβλημένοι δὲ τὰς θάρακκοφορὰς μένεισιν γὰρ

D

καὶ

καὶ εἰ μὲν ἀκοντίζοντες, εἰ δὲ τοξοῦντες, ὑπὲρ τῶν προσηνέων
 λυμαινόμενοι τὰς πολεμίας. Post grauis armorum milites collocabo
 iaculatores, quos deinceps excipiant sagittarii. Quis enim in prima
 acie illos collocauerit, qui nulli pugnae cominus in ita se pares esse, ipsi
 fatentur? Sed a graui armatura tecti non fugient, et cum iaculatores
 tum sagittarii supra primam aciem tela emittendo hostibus nocebunt.
 Quenam igitur erit huius loci utilitas ad Homeri interpretationem?
 Primum apparet, milites in medio collocatos, quos et ipse
 XENOPHON nunc κακίους nunc χειρίους appellat, non pessimo sensu
 a poeta appellari κακούς, quod et multiplex huius vocabuli signifi-
 catio facile admittit. Nam praeter propriam timiditatis notionem
 etiam de vili externarum rerum conditione vsurpatur. Ita Iliad. ζ, 472.
 qui obscuro loco natus est, κακός dicitur. Odyss. δ, 134. Φωνὴ δὲ κα-
 κός, qui statura non exigua gaudet, et Odyss. χ, 301. vocabulum
 κακός de eo, qui armis est spoliatus, adhibetur. Quidni igitur nostro
 loco κακός easdem notiones inuoluat et partim de plebeiis, partim de mi-
 litibus leuis armorum dicatur, quos et Graeci et Romani timidiore
 esse suspicabantur? Itaque sine vlla dubitatione sub illis κακούς inter
 Nestoris copias XENOPHONTIS loco adductus, non quidem iaculato-
 res, qui Homeri aetate non inter leuis armorum milites relati esse
 videntur, sed sagittarios intelligo. Nam si timiditas ipsorum aperta
 atque conspicua fuisset, certe plane nullos, quia nulla ipsorum
 utilitas futura erat, in acie collocaret. — Deinde, si XENOPHONTIS
 dicta recte accomodamus loco Homeri, facile etiam et sine difficul-
 tate intelligitur, pugnandi copiam fuisse iis leuis armorum militibus,
 si eminus atque mediis inter ordines collocati essent, quare iure suo de
 iis dixit Homerus: ὄφρα τις πολεμίζῃ; et illa interpretatione, ni
 fallor, prudentia Nestoris multo magis illustratur. — Illam au-
 tem aciei struendae rationem apud alios quoque duces ad Troiam
 in vsu fuisse, vel ex iis, quae antea v. 254. de Merione et Idome-
 neo, fortissimis ducibus, dicta sunt, conicere possis, quorum hic
 primae et ille nouissimae aciei praecerant. Sed alia imperatorum
 exempla, qui Nestoris artem respicerent, DVPORTVS in Gnomolog.
 Hom. pag. 22. laudauit. — Ceterum a multis rhetoribus similem
 argumentorum dispositionem commendari, OVINETILIANVS Institut.
 Orat. V, 12. tradidit, nec sine causa, atque ipse Homerus inter-
 dum

dum simili ordine argumenta sua collocavit. Vide, sis, orationem Patrocli Iliad. 7, 20 sqq.

Quae v. 302 - 305. affert praecepta Nestor, apud omnes quoque populos, militaris artis non imperitos, maximi semper sunt habita, eorumque veritas omnium temporum consensu confirmatur. Quare de ordinibus in acie seruandis legi merentur *VEGETIVS de Re Militari* Lib. I, cap. 26. et ad eum *STEVVECHII* notae, neque forte alienum erit, seueritatem T. Manlii comparare *LIV. VIII, 7.* et *VALER. MAX. Diss. et Fact. Mem. Lib. II, cap. 7.* qui filium iniussu suo ordines relinquentem, pugna cum hoste inita, securi iussit plecti. — Ipsius autem personae mutatae v. 303. sqq. de cuius oratione prius scriptor enarrabat, et quae statim loquens inducitur, multa exempla apud historiarum scriptores reperiuntur, vt: *Liv. III, 61.* et *VI, 6.* atque in illa mutatione cautio quaedam inesse videtur, *ne, continuato eodem temporum ordine, langueat oratio.* Forte hac de causa potissimum in nostro loco enarrandi seriem mutauit poeta. Sed in aliis tamen locis maiorem quoque vim tribui mutatae eidem enarrationi, si ipsa loquentis verba cum quodam animi affectu pronunciantur, vt: *Liv. VI, 24.* accurate docuerunt *LONGINVS* de Sublim. §. 27. eiusque interpretes.

Iam v. 306, 307. locus sequitur tam varia interpretum explicatione insignis. Duae potissimum explicationes omnem mihi videntur attentionem mereri. Alteram ex *EUSTATHIO* et *SCHOL. MIN.* repetiit atque multis probatum iuit doctissimus *DAMMIVS* in *Lexico Homer.* sub voc. *ὄφρυα*, ne quis, si amittat suum currum et se conferat ad currum alterius, in quo forte vacet locus alter, aurigae subeat munus, sed pugnet. Cui confirmandae interpretationi etiam Pandari exemplum Iliad. 8, 229 - 240. affertur. Enimvero, quid probare exemplum tam sordidi hominis possit, qualis iste Pandarus fuit, qui ipse pedes tantum ad Troiam accesserat, vt parceret equis et, sumtu illis nutriendis retento, aliquantulum lucraretur. vid. Iliad. 8, 202, 203. Homo igitur, qui pluribus iam annis equorum regendorum consuetudine semet ipse priuauerat, sapienter recusauit aurigae munus, quod Aeneas ipse deferret: sed

ad aliorum militum fortissimorum mores ab illo non valet conclusio. Quid? quod verisimile contra videatur atque pluribus comprobari exemplis possit, militem, qui curru veheretur, quamvis pugnaret, aurigae tamen artem callere simul debuisse Vid. HORATII L. I. Od. 15, 24 - 27. Duo etiam loca laudabo, in quibus illius praecepti, quod Nestor dicitur protulisse, nulla plane ratio habetur. Vnus est Iliad 9. 115 - 118, vbi Nestor ipse in alieno curru aurigae munus subit; et alter in eodem libro v. 128, vbi Archeptolemus aurigae occisi munere ornatur in Hectoris curru. Quod quidem munus si longa cum ipsis equis currum vehentibus consuetudine semper indigeret, nec Diomedes nec Hector aurigas alienos admisissent. Quare etiam illa interpretatio, quamvis quidem facilis et docta, minus ad veritatem accedere videtur. -- Itaque aliam adfero, quae iam graeca latine vertendo a me est expressa. *Nestor enim hastae usum omnino in qualibet pugna graui atque stataria potissimum commendare videtur.* Grauem autem pugnam exempli loco dicit, si quis ex curru descendit, vt cominus pugnare aliosque curru seu armis spoliare possit, cuius quidem consuetudinis multa affert exempla Homerus. Vnum saltem idque splendidissimum Diomedis laudare sufficiat. Quem cum Agamemnon sine causa virium imbecillitatis arguisset, nulla responsione adiecta, quod ipsius fortitudine indignum videretur, ex curru mox cum armis desiliit. Iliad. 8, 419. vt cominus pugnaret atque insignem hostium ederet stragem. Illius enarratio in Iliad. 8, demum sequitur. Prima statim eius pugna, quam poeta describit, aduersus Phegeum atque Idaeum ita finiebatur, vt currum ipsorum praedaretur vid. v. 25. Mox duos Priami filios et armis et curru spoliat v. 165. Deinde cum Aeneas ingentem Diomedis fortitudinem cerneret, primum a curru suo descendere volebat, ut ardentior fieret pugna v. 227. cumque impediret Pandarus, eo tamen mortuo, a curru vere descendit cum hasta pugnaturus v. 294 et 300. Quem cum Diomedes, cui nulla amplius hasta supererat, lapide proiecto vulnerasset, finis pugnae tandem fuit, vt Diomedis praestantissimi Aeneae equi cum curru eius cederent. v. 323, 324. -- Mihi quidem haec loca consideranti verisimillima videtur proposita iam nostri loci interpretatio, ut, qui currum reliquerit suum, hasta potissimum ineat pugnam

nam, non autem gladio siue sagittis. Plane eodem modo Romani quoque statariam h. e. grauem pugnam cum hasta inceperunt, quod Hastati in prima acie collocati satis superque testantur. Vid. LIPSIVS *de Militia Rom.* Lib. IV. dial. I. — Sed hastae Homeri aetate sine dubio ad pugnam et cominus et e minus ineundam adhibebantur. Quare nolim iam in Homero plane diuersum genus hastarum quaerere, quarum illae tantum protensae, hae autem emissae essent, vt FEITHIO et POTTERO videtur, sique in nostro loco v. 307 iubet Nestor: ἐγγχεῖ ὀρεζασθαι (sc. τοῦ ἐχθροῦ) concedam quidem SCHOLIORVM MIN. interpretationem ad Iliad. β, 543. ὀρεζασθαι esse idem, quod: ἐν χειρὸς παρὰ χειρὸς, cominus vulnerare; sed illa explicatione minime negari videtur, in eiusmodi pugna eominus suscepta etiam emissas esse hastas, ut illa Menelai et Paridis, Aiakis et Hectoris aliorumque exempla confirmant. — Ceterum non nego, hanc quidem interpretationem eo se mihi quoque inprimis probare, quod praecipuum quoddam uniuersum et in qualibet belli fortuna tutissimum complectitur, plane ut illa erant de equis cohibendis nec praemittendis ante tempus siue reducendis. —

Sed ne instituti, cuius causa haec scripsi, oblitus videar, indicendae sunt orationes decem iuuenum, quibus haecenus non sine voluptate vixi et studui. Prodebunt

d. XI Aprilis.

I. IOANNES GVILIELMVS EHRHARD, *Borna-Saxo*, qui carmine latino: *Iesum tristibus vitae ante aetate fatis ad gloriosam mortem praeparatum* canet, deinde carmine theotisco Patronis et Faustoribus abiturum se ex Lyceo de meliori commendabit.

II. IOANNES GOTTLLOB SEMMT, *Zweta-Saxo*, qui oratione vernacula: *De animi tranquillitate, ex apta religionis cognitione orta*, Lyceo valedicet.

D 3

III,

III. ERNESTVS AVGVSTVS SPITZNER, *Trebitio*. Saxo,
qui oratione latina: *De commodis et praemiis Innocentiae* disleret,
et carmine theotifco discessum ex Lyceo indicabit.

IV. IOANNES ANDREAS ZOCHER, *Torgauensis*, qui vernacula oratione: *Eius felicitatem, qui miseros ab interitu liberat* praedicabit.

V. IOANNES CAROLVS MAGNVS, *Torgauensis*, qui oratione germana: *de mutabili et incerto hominum assensu* dicturus Amicis in Academiam discessum gratulabitur.

d. XIV Aprilis.

I. GEORGIVS TRAVGOTT FISCHER, *Wesnga - Misnicus*,
qui latina oratione: *vitiū virtutem impugnantis innocentiam* declarabit
et carmine theotifco Fautores et Amicos valere iuebit.

II. ANDREAS GVSTAVVS PATAV, *Torgauensis*, qui oratione germana: *virtutem supra hominum iudicia elatam* laudabit et carmine eadem lingua concepto continuum Patriae fauorem discessuro sibi exoptabit.

III. IOANNES GODOFREDVS VLLRICH, *Roeknitio - Misnicus*
qui latina oratione: *multiplex damnum ex opinionibus praeiudicatis*
ortum exponet et oratione vernacula Lyceo valedicet.

IV. CAROLVS FRIDERICVS CRAMER, *Dahla - Misnicus*,
qui oratione vernacula: *De spe hominum et remota et proxima in morte Christi* discessum ex Lyceo indicabit.

V. ADAMVS FRIDERICVS ERNESTVS IOST, *Smanneuitio - Misnicus*,
qui oratione vernacula: *De Optimi hominum Liberatoris constantia* amicissimis Academiae Candidatis omnem felicitatem ex animi constantia redundantem adprecabitur.

Quos

Quos quidem omnes quo certius patriae commoda animo grato olim auferros spero, eo intentius VESTRAM ipsis praesentiam EXORO PATRONI SPLENDIDISSIMI, ANTISTES SACRORVM SVMME VENERABILIS, MINISTRI SACRORVM PLVRIMVM REVERENDI, MAGISTRI LYCEI CLARISSIMI et RELIQVI FAVTORES LITERARVM HONORATISSIMI, Nec vllus vnquam dies gratissimam fauoris VESTRI, quo illos iuuenes exornastis, memoriam delebit: imo ardentissima omnium illorum, quae et mea sunt, vota pro VESTRA incolumitate eo redibunt:

*LaVDeniVr ProCeres In Te, TorgaVia, FaVsti
CIVes et MVJae: stet pIetatIs honor.*

Scripsi Torgaviae. Calendis Martiis. 1786/4

Quos quidem dicitur pro curia pariter cognovisse
 to olim auctoritate, eo in quibus vestram ipsa
 tanto ratione esse, in quibus vestram ipsa
 neque, ministeriis, vestram ipsam, magister
 tunc clarissimam et vestram ipsam honoratissimam
 nec illa vestram ipsam vestram ipsam, pro illos in quibus
 exornatis, memoriam debent; nos adhibenda omnino illorum
 que et nos sunt, vos pro vestra incommoditate reddere

Imprimis Regium in D. Torgoia. 1571
 Cito et in vestra ipsa

Scripto Torgoia. Calendia Martii.



AB: 155056

VD 18

ULB Halle 3
003 085 112




TA → SL
Nov 75 fkt 1

R

VD 17







DE
ERILOCO

AD. LIB. IV. v. 231 - 309

DISSERTATIO

QVA
ORATIONES X.
OLA TORGAVIENSI

D. XIV. APRILIS A. MDCCCXXXVI.

AVDIENDAS
S ET FAVTORES

INVITAT
T FRIDERICVS BENEDICT
LYCEI RECTOR

LIPSI AE
FICINA SOMMERI.

1786

